

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodorij Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolpho Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomea.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami.
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis.
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stes, nis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.

OB

ΕΠΗ ΣΕΡΙΟ-ΙΟCΟCΑ,
Festivitatī Nuptiarum
VIRI

Reverendi, Doctissimi, Præstantissimi,

DN. M. GEORGII

E N D E R L I N G I I,

Verbi divini apud Aldenburgen-
ses Præconis,

S P O N S I;

Nec non

VIRGINIS

Pudicitæ juxta ac morum formæq; elegantia
florentissimæ, laudatissimæ,

B A R B A R Æ

S P O N S Æ;

Viri itidem

Reverendi, Excellentissimi, Clarissimi,

DN. M. CONRADI REINHARDI,

Judicii, quod est Bernburgi, Ecclesiastici
Adsefforis dignissimi, Ecclesiæ ad B. Virginis ibi-

dem Pastoris fidelissimi, ceterarumq; Diœcesarum
Superattendentis vigilantissimi,

FILIAE;

Bernburgi celebratarum

a. d. III. id. Jun.

Auspicatæ atq; amicæ gratulationis ergò

â

Candido Amicorum Pari
allusa & missa.

ANNO M. DC. XXI.

S P O N S O

Reverendo, Doctissimo, Præstantissimo,

S. P. D.

Iteras misisti, Amicorū optime, misisti Amicis. Rectè exhibuit nobis, cui exhibendas concedideras. Mel spirans & acetum mel. Propensum quoq; erga nos animum ex iis & benevolum utring; adfectum nos cognoscimus. Invitamus enim ad nuptias, invitamus amice; invitamus plusquam officiosè. Cujus ad nuptias Sponsi? DN. M. ENDERLINGII, Commilitonis olim, Amici jam nostri. Cujus Sponsæ? BARBARAE, puella venusta admodum ac pia. Quo nata Parente? Viro Reverendo, Excellentiss. Clariss. DN. M. CUNRADO REINHARDO, Fautore atq; Promotore nostro sanè eximio. Par esset, fatemur, immò & justum; vestris omnium petitis longè equiss. ut locum relinqueremus. At habuit & Hercules remoras atq; impedimenta nonnunquam. Nuptiarum solemnitati vestrarum quod non intersimis, cause faciunt numero plurimæ; gravissimæ; credite, pondere. Singulas exponere si satageremus, charta citius, quam pregnans multitudo deficeret. Vos quesumus, Sponse; Sponsa, Parentes, nolite subdubitare. Utinam, ô utinam nobis tam liceret, quam adesse liberet corpore. Animo certè & precibus nostris uterq; jam adsumus. Gratulamur & animitus gratulamur Vobis Sponsis de conjugio: Vobis Parentibus de Genero: Vobis Amicis de novis Adfinibus. Sit conjugii ingressus felix, felicior progressus, egressus felicissimus. Sed & donarium nuptiale, γαμήλιον, transmittimus. Quale, videris Sponse. Iste Corydon Regi obtulerat rapum; de suo. Ille Artaxerxi Aquam; de suo. Nos enim serio-jocosa; de nostris: quippe Iri, non Mida, non Crasi. Tu boni aequiq; consules & à malevolo morosq; Aristarchorum ac Catonum dente defendes. Vale cum Sponsâ, cum Parentibus, cum Amicis carissimis, quos nostro salutabis nomine officiosè, amice. *Serveste Anhalt. A. D. VI. Id. Jun.*

Tui.



Ic Deus ad similem similem quoq; ducit, &

Viri locatur cælibi! (expers

Optima Pastorem Pastoris Nata maritum

Legit optimum, pium pia.

Gratus utramq; genam vestit rubor illius, ore

Cum Gratiis micat huic Venus.

Quando (recordor enim, Sponso id dicturus in aurem

Acti prius negotii.)

Hunc mecum vidit Bernburgum nuper utrumq;

Unis adesse nuptiis.

Penè Jovem lapidem jurâssem Davus, Amoris

Præcordia ictum spiculis.

Nempe videbatur mens una utriusq; voluntas

Utriusq; cor & unicum.

Virgo verecundo consedit lumine mensæ

Sellis, resedit & procus:

At procus alterius, mensæq; resedit alius

Virgo pudica sedibus.

Eccos! Quid Corydon. naris sensisset obese?

Vix quicquam amoris mutui.

Verùm ubi tunc animus? quo sensus rure? quò ocellos?

Quò caput & istud quò latus?

Huc, ubi Tu, flectit sensusq₃, animumq₃, oculosq₃,
O SPONSA, Corculum tuum.
Huc, ubi Tu, sensusq₃, animumq₃, oculosq₃ reflectit,
O SPONSE, Suaviium tuum.
Plura licet? liceat, liceat non: dico, quod ipsa
Res est; sinistrum quoq₃ latus,
Immò caput mensæ, huc & Pamphilus arrigere aures,
Intacta ubi Philumena.
Clinia saltare, hem! saltare quoq₃ Antiphila: ille
Domum ire, abire & hæc domum.
Jamq₃ via (& meritò, via quum una reducat ad ædes)
Is huic comes, comes hæc ei.
Fortean hæc loquitur, sed de illo: cogitat illum,
Illumq₃ somniat unicum.
Hosce sales lectum admisi, teneatis Amici
Risum: labellum comprimo.
Tu si fecisti, num, SPONSE, negaveris? ohe!
Noli: erubescis; salva res.
Verbo: nec Tecum, nec Te sine viverat ista,
Nec cum, nec istà Tu sine.
Hinc' quid non vates? nec falleret: omina fausto
Dies probavit exitu.
Pol bene! par nullà ratione est hæctenus impar,
Sed oppidò par optimum.

Cete-

Cetera dissimile hoc: Placidus Tu, SPONSE, ΓΕΩΡΓΟΣ

Ac doctus, almas literas:

Et Tibi legisti Nympham propriamq; dicâsti

Domumq; ducis, BARBARAM?

Barbara si mores esset; mores nê doceres?

Linguam nê? si vox barbara.

Ferre jugum nondum docta est cervice subactâ;

An perdomabis barbaram?

Barbariem furcâ licet infringas, tamen usq;

Puto, resistet Barbara.

Hic labor! hoc opus! at quantum! quibus, ipse videto,

Caput offeras laboribus.

Te verò emollit didicisse fideliter artes:

Est SPONSA planè durior. Rein-hart.

Durior est planè: virtutum induruit estu

Nam pectus ejus fervido.

Tu SPONSE, ingenuas Musarum & Apollinis artes

Juvenis colebas ac puer.

Finem es sortitus studii impensiq; laboris,

Sortitus optatissimum. End-erlangt.

Vidit cum Illustri gnarum Edelberga Lycéo

Castris Minervæ Militem;

Hinc Philo-Te sophiæ creat inclyta jure Magistrum

Doctis Camænis Julia.

A 3

Hinc

Hinc Te Theologum jam pulpita sacra, Ministrum
Verbiq; divini audiunt.

SPONSA scopum vitæ sibi quem præfixerit, omnium
Et actionum, nescio.

Ac, si quem præfixum habuit, fuerit nè potita,
Me, fors & alterum fugit.

Cœlibis exosus rigidissima tædia vitæ,
Fini allaboras alteri.

Hunc quoq; Connubii si Tu, SPONSE optime, finem
Sortiris optatissimum,

Ne mihi magnus eris simul ENDERLINGIUS, atq;
Felix Magister artium.

Pol bene! par multa ratione est hætenus impar,

Sed oppidò par optimum.

Ecquid! num cœlebs compar pari & impari? id absit.

Sit iste SPONSORUM labor.

Ludite par impar, impar par ludite, Compar

Æquato munia Comparis,

Grata resultabit SPONSIS concordia vobis,

Votisq; compar unitas

Prole domum multa faciet ditescere; fiat!

Exopto, voveo, deprecor.

M. Ernesto Wulstorpio
Servestà-Anhaltino.

Maxima Pastoris sacri sunt munera, verbi
Salvifici purè dogmata sacra loqui.
Atq; epulis divis fungi, baptisate fungi;
Et mores sanctos ritè docere gregem.
Quod superest, populi mystes peccata precando
Tollat; suspiret pro grege, vocè roget.
Fundimus at quoties nos verba precantia, sanctus
Ire pudicitiam vult Deus ante preces.
Nam sibi dissimiles à se Mens casta repellit:
Sis castus, tibi Rex cœlica regna dabit.
En! ais, uror amans; & me Venus anxia vexat,
Et modò non ardens aut Deus, aut lapis est.
Rectè: ast auxilium flammis invenit honestum
Mens casta, & sociam jussit habere marem.
Hic in amorè modus, sanctæ hæc est regula vitæ:
Lex thalami est custos fida pudicitæ.
Sponsè, quod hanc sequeris junctâ tibi compare legem,
Res est per sancto munere digna tuo.
Ardori requiera quadam tibi quaris in umbra,
Ardoris requies Barbara pulcra datur.
Barbarâ casta datur, genus ac ab utroq; parente
Fert clarum, notum fert pietate simul.
Insignis pietate patens, gravitate serena,
Omnes cui proceres plebsq; patresq; favent.
O decus! ô patriæ columen! virtutis imago!
Sed nunc in laudes non licet ire tuas.
Sedula mater, habens famam pietatis, ad instar
Reptilis & conchæ servat honesta domum.
Cernis ut hinc surgant tibi commoda, Sponse Georgi?
Surgant non annis interitura tuis!
Nunc voto potiare tuo, potiare Jehovah
Auspice, vos parili nectat amore Deus!

Et

Et quia pace sacrae res florent, cuncta per orbem
Pace vigent alma, curia, templa, domus.
De caelo surgat tandem pax aurea! surgat!
Pax, precor, o terras alma revite tuas!
Sed quid conjugibus moror his sua vota? beati
Ambo permultas vivite olympiades.

ALIUD.

Nonnè tibi invideam Sponsam hanc? Doctissime Sponse,
Quae pia, pulcra venit.
Omnes quae Veneres, virtutes continet omnes;
Barbara rara Venus.
Aspicias hanc juvenis quondam, ardescisq; tuendo:
Vulnera pectus habet.
Saucia mens telis querit medicamen in hortis,
Barbara portat opem.
Virgo tuendo levat; vel mortis vulnera sanat:
Sponsa ferendo juvat.
Nuper ego vidi languentem virginis ictu
Convalescere sua.
Ictus & nictus & saltus, teste Poëta,
Sunt in amore duces.
Hanc ego num invideam nympham tibi, Sponse? negabo.
Nescio quid sit amor.
Sapius, ante annos arsisse cupidine nympha,
Maxima damna tulit.
Larga puellarum, quod nescit cecus amator,
Crescit ubiq; seges.
Quam tibi legisti nympham propriamq; dicasti
Sit maneatq; tibi.
Ingenio apta tuo, nî fallor, nata jugalem
Ad thalamum tuum.
Si venit ad nostros thalamos non Barbara amara,
Anna, Maria venit!

M. Friderico Strefone.

F I N I S.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

100-By
Jul. 01

M







B.I.G.

Farbkarte #13

OSA,
 m
 estantissimi,
ORGII
NGII,
 enburgen-
 ;
 næq; elegantiâ
 mæ,
R Æ
 arissimi,
INHARDI,
 , Ecclesiastici
 B. Virginis ibi-
 nq; Diœcesâ
 tiffimi,
 z
 ionis ergò
 i

